30. Juillet 1361.

Cum Ogerus dictus Monos de Barro super Albam Campsor proposuisset quod dilectus et fidelis Petrus De Vilania miles Consiliarius noster una cum dilecto et fideli Magistro Joanne Deterlialeuca et Clerico Consiliario nostro in Balliuio Senonensi et in prepositura Debarro et ressorto reffonnationem patriæ per litteras Domini et Genitoris nostri deputatus manum in persona et bona ipsius ogerii apponi fecerat indebitè et injustè requirens dictum

du vol. 2 Cotte 4. fol. 392 v°.

militem condemnari et compelli ad reddendum
et restituendum realiter et de facto dicta
bona et manum in persona sua et bonis
appositam amoveri ad plenum, ipsum que
militem in centum libris parisiensibus pro
dampnis ipsius et in ducentis libris pro
injuriis condemnari taxatione Curiae praecedente
dicto milite in contrario dicente et proponente
ad finem quod diceretur quod ea fecerat
in hac parte fecerat ipse virtute et
necessitate officii pro bono justitiae et
procuratore nostro persequente et absque
corruptione qualicumque quodque super
his dictus ogerus non esset admittendus
et quod idem miles non poneretur in
processu, quodque procurator noster acciperet
in se onus litis, et quod dictus ogerus
puniretur in persona et bonis secundum
quod casus requirebat et prout curiae
nostrae videretur et in casu in quo diceretur
quod esset admittendus et quod in processu

poneretur, et quod procurator noster causam hujus modi in se non assumeret quare — absolueretur ab impetitione prædicta, et quod dictus ogerius sibi in suis condemnaretur expensis earum taxatione dictæ Curiæ reservata dicens quod dictus ogerius qui erat Campsor publicus qui erat a Joanne fabii commorante apud monasterii villam paupere rurali et homine modici status circiter quadraginta sex pecias argenti quæ fuerant de Calicibus qui furati fuerant in Ecclesia de monasterii villa pro pretio quatuor librarum vel circiter quæ quidem peciæ argenti repertæ fuerant subtus terram, nec eas detulerat justitiæ sicut debuisset — Thesaurum repertam, erant que talia — prohibita ad vendendum et fuerant — recelata, dicto ogerio dicente ad finem quod ad ea quæ dicebat dictus miles non esset — admittendus, et quod poneretur super hoc et remaneret in processu, et quod Procurator

nostes omnes hujus litis hujus modi in se
non assumeret nec teneretur facere dictus
ogerius propter hoc Emendam qualemcumque
et quod dictas pecias argenti a dicto joanne
fabri palam emerat consultis Rectore
et matriculariis dictae Ecclesiae et aliis
probis viris plures alias quod Conclusiones
sibi fierent proponendo, dicto milite pluribus
rationibus replicante; Tandem auditis
dictis partibus in his quae dicere et
proponere voluerunt eorum rationibus
per modum memoriae dictae Curiae nostrae
traditis una Cum certis Litteris per quas
dicebat dictus miles de confessione dicti
ogerii apparere visis que rationibus
praedictis et Litteris et consideratis quae
Curiam nostram movere poterant et
debebant, attenta longa carceris detentione
quam dictus ogerius propter hoc sustinuit
dicta Curia nostra per arrestum ipsius
dictum ogerum a facto praedicto liberavit.

manum que in prædicta bona per dictum militem appositam dicta Curia levavit dicta bona deliberando eidem absolvit per dictum militem a dampnis et injuriis per dictum Ogerum contra ipsum petitis, et compensavit expensas hinc inde petitas et ex causa penultima die julii. /.